Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

72

illi prodextera abuerunt sinistra; Ut illud est munus a lingua & est munus
a manu: & est munus a obsequio. A lingua laude hoc. ē. fauor humanus. a manu
a rebus terrenis a obsequio: in seruitium debti in pensu. sed melius est. Vtait
propheta. quia cuiit manus suas a omni munere iste in excelsis habitabit. Ego autem
in innocencia mea ingressus sum; Ecclesia loquitur pro pastore bonorum per
studium scē uite a prioribus dilectis. Ingressus Inter peccatores. Liberame de tri
bulatione. & miserere mei quia misersum; Pes enim meus. stetit in uia recta.
sensus meus in xpo quia ipsa. ē. uia. Pes enim meus nemihi preualeant. stetit
in uia recta illi scilicet & in quo ad te accedere cepi. per ustitie uiam In ecclesiis.
benedicam dnm. de unitate congregacionis dicit ecclesia non in latebris sed in con
uenticulis populorum. te benedicens predicabo dilectionem illam. quam tuo me
sanguine redemisti baptismo abluisti ac pane celeste & sacris dapibus adimple
tam. Innocenciam me melior esse uite restituisti; XXV. PSALM DD
ANTEQUAM UNGERETUR TERUNCTUS EST DD SEMEL SUBPA
TRE SUO ESSET IN BETHLEM SECUNDO IN HEBRON TERCIO
QUANDO REGNAUIT SUPER OMNEM ISRL;

Quere ergo cui potensimum hic psalmus conueniat uncioni. sciendum autem
quod antequam ungeretur In hebreis uoluminibus non habetur sed de istis
tribus unccionibus media adistum prinde psalmum dauid figuram xpi tenet quia et
ipse unctus. ē. in baptismum quando in speciem columbe spsc supereum uenit
dauid a prima uncione non accepit regnum sic nec xps secundum carnem tempr
passionis non accepit regnum nisi postea quam ascendit;

Dns inluminacio mea & salus mea quem timebo; Nullus tenebris obtegi
formidat. quem dns inluminat semp & saluat; Dns inluminacio mea
& salus mea quem timebo; Vox ecclesiae ad xpm in omnibus psalmis uer
bas ps scisunt. sicut oculi corporis inluminantur a bauxe fidei. sic et oculi
cordis nri. auistute fidei hoc est. a xpo inluminantur; Unde dictum. ē.
qui inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum; Dns defen
sor uite mee a quo trepidabo; Ipse est enim fidelis anime pretio. Idcirco
nomen uitt inimicum; Defensor ipse ē. qui est salus sed tamen defensor
aduitq dicitur a quo trepidabo; dicit ecclesia a nullo nec a diabulo neque
a bestio neq: a persecutore dum ipsum habeo defensorem; Dum adp pin
quant super me nocentes ut edant carnes meas; Accedunt ut exceda
tis in me priorib delictis corpus meum ut bestie dente delacerent uel dum ad
ppinquant sup me nocentes ut edant carnes meas. Id ē. demones uel persecutores.